

Praefatio.

Galenī libros, qui *περὶ χρήσεως μορίων*, id est de utilitate partium corporis humani, inscribuntur, inter optimos omnium, quotquot posteris reliquit, esse referendos periti existimatores iudicaverunt¹⁾. In quibus hoc sibi proposuit, ut demonstrata omnium corporis humani partium utilitate naturae artificium²⁾ providentiam³⁾, sapientiam iustitiam⁴⁾ in membrorum fabrica illustraret eorumque sententiam certissimis argumentis refutaret, qui *ἄτομα* sive *ἄναρχα* omnium rerum principia statuentes casu et fortuito cum omnium rerum tum singularum corporis nostri partium formas ac figuras effectas esse dicebant. Quo in numero Epicurum philosophum et Asclepiadem, celeberrimum illum medicum,

1) cf. Hecker, Geschichte der Heilkunde I § 65.

2) Gal. vol. IV, 141 K. ἐξηγήσομαι καὶ τὴν ἐν τοῦτοις τέχνην τῆς φύσεως. III, 377 καὶ πάνθ' ἀπλῶς τὰ καὶ αὐτὰ φαινόμενα θαυμασιήν τινα ἐνδείκνυται τῆς φύσεως τὴν τέχνην; ib. 363 364.

3) vol. III, 391 καὶ τοῦτο προνοίας θ' ἅμα τῆς εἰς τὰ ζῷα καὶ τινος περιττῆς σοφίας τοῦ δημιουργοῦ γιγνέσθω τεκμήριον; III, 567. 571.

4) ib. 379 εὐπαιδευτός τε καὶ δικαία καὶ τεχνικὴ καὶ προνοητικὴ τῶν ζώων ἢ φύσις ἐστίν.

fuisse contendit, qui naturam tamquam rationis expertem¹⁾ calumniati essent. Item Erasistratum medicum cum alibi tum his in libris acriter perstrinxit, quod splenem²⁾ a natura frustra factum esse dixerat.

Ab his plane dissentiens Galenus Hippocratis, Platonis, aliorum auctoritatem secutus acerrimus divinae sapientiae vindex exstitit et plurimis locis naturae sive effectoris nostri sive dei sollertiam et providentiam summis extulit laudibus. Quid? quod ipse libros suos qui sunt de utilitate partium laudationem divini numinis et verae pietatis documenta et esse et haberi vult; cf. vol. III, p. 237 K.: ἐγὼ τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς ὕμνον ἀληθινὸν συντίθηναι καὶ νομίζω τοῦτ' εἶναι τὴν ὄντως εὐσέβειαν, οὐκ εἰ ταύρων ἐκατόμβας αὐτῷ παμπόλλας [καταθύσαιμι] καὶ μύρων τάλαντα μυρία θύσαιμι καὶ κασίας, ἀλλ' εἰ γνώην μὲν αὐτὸς πρῶτος, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξηγησάμεν, οἷος μὲν ἐστὶ τὴν σοφίαν, οἷος δὲ τὴν δύναμιν, ὁποῖος δὲ τὴν χρηστότητα. Alibi disputationem de usu partium institutam *ἱερὸν λόγον* vocat, se vero ipsum cum eo comparare non dubitat, qui quia in mysteriis celebrandis arcana quaedam sacra interpretabatur, *ἱεροφάντης* appellabatur: vol. III, p. 576 *πρόσεχε τοίνυν ἡδὲ μοι τὸν νοῦν μᾶλλον ἢ εἰ ποτε μνούμενος Ἐλευσίνια καὶ Σαμοθράκια καὶ ἄλλην τινὰ τελετὴν ἀγίαν ὅλος ἦσθα πρὸς τοῖς δρωμένοις τε καὶ λεγομένοις ὑπὸ τῶν ἱεροφαντῶν, μηδὲν τι χεῖρω νομίσας ταύτην ἐκείνων εἶναι τὴν τελετὴν μηδ' ἦττον ἐνδείξασθαι δυναμένην ἢ σοφίαν ἢ πρόνοιαν ἢ δύναμιν τοῦ τῶν ζώων δημιουργοῦ*

1) vol. III, 572 ἡ λοιδορουμένη πρὸς αἰτίων ὡς ἄτεχνος φύσις εἰς τοσοῦτον εὐμηχανώτερα φαίνεται τῆς σοφίας αἰτίων, ὥστ' οὐδ' ἐπινοῆσαι δύνανται τῶν ἔργων αὐτῆς τὴν τέχνην.

2) vol. III, 315 ὁ σπλὴν Ἑρασιστράτῳ μὲν ὑπὸ περιττῆς δόξης σοφίας οὐδενὸς ἔνεκα γεγονώς; V, 131.

ἐπιστρέψας οὖν καὶ σὺ σπαντὸν εἰ καὶ μὴ πρόσθεν ἀλλὰ
 νῦν γοῦν ἐπὶ τὸ σεμνότερον ἄξιός τε τῶν λεχθησομένων
 ἀκροατῆς γενόμενος ἀκολουθεῖ τῷ λόγῳ θαυμαστὰ τῆς
 φύσεως ἐξηγουμένων μυστήρια. Quin etiam ingrati
 et impii animi esse iudicat utilitate partium non demon-
 strata silentio praeterire providentiam divinam: vol. III,
 812 περὶ δὲ τὸν δημιουργὸν ἀσεβοῖμι παραλιπὼν ἀνεξή-
 γητον ἔργον μέγα τῆς εἰς τὰ ζῶα προνοίας αὐτοῦ; coll. III,
 356. Atque tota disputatione paene ad exitum perducta
 theologiae accuratissimae fundamenta se posuisse gloriatur
 hisce verbis usus: ἡ περὶ χρείας μορίων πραγματεία θεο-
 λογίας ἀκριβοῦς ἀληθῶς ἀρχὴ καταστήσεται πολὺ μείζονός
 τε καὶ πολὺ τιμιωτέρον πράγματος ὅλης τῆς ἱατρικῆς. οὐκ-
 οὖν ἱατρῶ μόνον ἡ περὶ χρείας μορίων ἐστὶ πραγματεία
 χρησίμη, πολὺ δὲ μᾶλλον ἱατροῦ φιλοσόφου τῆς ὅλης φύσεως
 ἐπιστήμην κτήσασθαι σπεύδοντι (vol. IV, 360).

Totam autem quaestionem de utilitate et convenientia
 partium ita divisit, ut primo libro de manu, altero de cubito
 et brachio, tertio de pedibus et cruribus, quarto et quinto
 de partibus ad alendum corpus accomodatis, sexto et iis
 qui sequuntur de reliquorum membrorum ratione copiose
 et subtiliter disputaret.

His propositis dicendum est de codicibus, quibus
 ad quartum hunc librum recensendum, quem novae tanti
 huius operis editionis veluti specimen hac occasione data
 separatim edidi, usus sum. Sunt igitur hi:

I. codex Urbinas nr. 69. Est membranaceus for-
 mae maximae saeculo decimo optime exaratus et bene con-
 servatus, praeterquam quod postremis foliis humor vel situs
 labem intulit, unde factum est, ut vocabula quaedam aut
 omnino evanescerent aut ita obscurarentur, ut oculorum
 aciem effugiant. Continet autem centum nonaginta quinque

folia sive viginti quinque quaterniones vicesimi quinti quaternionis foliis quinque amissis; qua iactura extrema libri septimi decimi pars periit; desinit autem in verbis *τὴν τ' εἰς τὰ ζῶα πρόνοιαν αὐτῆς ἀφαιροῦνται. προβάλλοντες* (vol. IV, p. 364 K.). Quaterniones in margine superiore literis graecis, in inferiore numeris arabicis, qui vocantur, manu recentiore notati sunt. In singulis paginis sunt triceni noveni versus. Accentus et spiritus notae saepissime desiderantur; nonnumquam manu altera additae sunt. Jota quod vocant subscriptum inveni nusquam, adscriptum locis paucis. Compendiis scripturae librarius non usus est nisi usitatissimis. Ipse codicem contuli.

II. codex Parisinus nr. 2154, bombycinus saeculi XIV, foliorum 297 formae octavae. Continet praeter alia Galeni libros, de quibus quaerimus, primo, altero, tertio exceptis. Septimus decimus liber in hoc quoque codice est mutilus; desinit enim in verbis *πόσῃν τινὰ χορὴ νομίζειν αὐτοῦ τὴν ὑπεροχὴν εἶναι καθ' ἥλιον ἢ σελήνην ἢ τινα τῶν* (= vol. IV, p. 359 K.). Qui codex cum ab optimo exemplari originem duxerit, quamquam librarii et negligentia et inscitia mendis plurimis depravatus est, inter meliores est referendus neque raro solus veram praestat scripturam; cf. Daremberg, Oeuvres de Galien II, p. 1. Constantinopoli hunc librum manu scriptum Parisios in bibliothecam publicam nationis Gallicae translatum esse cognoscitur ex his verbis in priore pagina folii secundi manu recentiore scriptis: *τὸ παρὸν τουτοῦ βιβλίον προῦπήρχε τοῦ σοφωτάτου ἐκείνου καὶ λογιωτάτου κυροῦ γρηγόρου τοῦ χιονιάδου. ἐκείνου δὲ τὸ χρεὼν ἀποδώσαντος καὶ πρὸς τὰς οὐρανίους μετατεθέντος σκηρὰς περιῆλθε τῷ κωνστ. . . . ἡ τῷ λονκίτῃ τῷ καὶ πρωτονοταρίῳ. τούτου δ' αὖ πάλιν τὸ χρεὼν καὶ αὐτοῦ ἀποδώσαντος οὐκ οἶδ' ὅπως περιῆλθεν*

κυρῶ μακαρι (superscriptum est μοναχῶ) ἱατρῶ τῶ ἐν τῇ
 μονῇ τοῦ μεγάλου εὐγενίου οἰκοῦντι, ἀκμὴν ἱσταμένης ἐν
 χριστιανοῖς τῆς τραπεζοῦντος. ἐκείνου δὲ πάλιν ἐξ ἀν-
 θρώπων ἀπελθόντος διεκομίσθη . . . ἐν κωνσταντινουπόλει
 καὶ ἡγόρασα τοῦτο μετὰ ἄλλων βιβλίων αὐτοῦ ἐγὼ ὁ δη-
 μήτριος ὁ ἄγγλιος. Ipse codicem excussi.

III. editio princeps Aldina, quae codicis instar ha-
 benda est.

His subsidiis adiutus quantum ad emendationem pro-
 fecerim, aliorum sit iudicium; illud demonstrasse mihi vi-
 deor, codicibus qui ad nostram permanserint aetatem adhi-
 bitis Galeni textum restitui posse multo integriorem.

Sigla haec sunt:

U = codex Urbinas.

U¹ = eius manus prima.

U² = eiusdem manus altera.

P = codex Parisinus.

P¹ = eius manus prima.

P² = eiusdem manus altera.

A = editio Aldina.

B = ed. Basileensis.

Ch = ed. Charteriana.

K = ed. Kuehniana.